Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



226
233

et hi cabunt in te filij tui: et gaudebunt sponsis
super sponsam suam: et gaudebit super te deus tuus
Dicit dns opis VSQ Dilexisti iustitiam. SECUNDUM LUCAM
In illo tpe. Extollens vocem quedam mulier
de turba dixit. Beatus venter qui te portauit: et
vbera que suisti. At illa dixit. Quinimmo
beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud.
Turbis autem conuenientibus: cepit dicere. Generatio hec
generatio nequam est: signum querit: et signum non dabitur ei nisi signum
fuerit ionas signum niniuitis. Ita erit filius
hominis generationi isti. Regina austri surget
in iudicio cum viris generationis huius: et condemnabit
illos: quia venit a finibus terre audire sapientiam
salomonis. Et ecce plus salomone hic. Viri niniuite
surgent in iudicio cum generatione hac: et condemnabunt
illam: quia penitentiam egerunt ad predicationem
ionae. Et ecce plus iona hic. OFF offertorium MAR SEC
Munera nostra domine apte clementia quam diligentius
marie conuendere deo. quam id quod te
presente seculo celebristi. ut apud te pro peccatis nris
fiducialiter intercedat. Per eundem PHACIO Te diuinitus
CON Difficilis est gracia COMM Sumpto diuine sa
lutis nutrimento. da quesumus bte marie semper virginis
nos precantis vbique protegi. in cuius venerabili memoria
hec tue obtulimus maiestati. Per dnm IN DIE
ASSUMPCIONIS BTE MARIE VIRGINIS Gaudeamus OREMUS
Famulorum tuorum quesumus domine delicta ignosce
ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus
genitricis filij tui dni dei nri intercessione saluemur
Qui cum eo. Per omnia secula seculorum. et in LECTIO libri sapientie cap 24